Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



178

fratrum loserit, et inclamatus negare nequiuerit, damnum
integre restituat, deinde duodecim nummos persoluat, et
Judici totidem. Et ut agricultura et pecum clausura om-
ni tempore sub pacis observantia permaneat, prata vero
a festo S. Georgii usque ad festum S. Michaelis similiter;
placuit etiam, quatinus praefectus forensis cum se sexto
prout potuerit, ex sui parte sub iuramento Wilthinensem
Ecclesiam, cunctaque in hac regione ad eam pertinentia,
sub pacis foedere tueatur; itidem Praefectus exterior
faciat: et ut hac cuncta inuiolabiliter seruentur, super hac
omnia mansum in vico Ambras ipsis per manum domini
Udelscalci de Vffendorf ea conditione delegamus, ut siquid
praescriptorum a quoquam violatum fuerit, uel si quispiam
forensium, uel aliorum nostrorum quilibet eos grauauerit,
scilicet ut si alicui ipsorum manus iniecerit, uel verbis
indecentibus dehonestauerit, uel hominem Ecclesiae suae
occiderit aut detruncauerit, uel aliquo ~~ut~~ uulnere sau-
ciauerit, et si res ipsorum per uim aut furtum diru-
perit, isti iudicii plectatur vindicta. Quodsi pra- n. 4.
fati Judices illam qualiscunque sit, causam per se
terminare non valuerint, et ad audientiam nostram
dilata fuerit, si nos querimonia ipsorum infra sex septi-
manas, secundum iustitiae equitatem non satisfecerim-
mus, praedium praescriptum in proprietatem Ecclesiae pra-
fatae perenniter transibit, secundum quod nos ipsi iure-
iurando sanximus. Huius rei testes sunt ipse Marchio n. 5.
et filius eius Dux Meranie, Dominus Degenhardus Pre-
positus de Diessen, et eius Capellanus Burcardus, Dominus
Wernherus Archipresbyter, et Dominus Conradus Custos
de Brixina; Dominus Otto Aduocatus eiusdem Ecclesie
nostre, et Dominus Udelscalcus de Vffendorf, Dominus Ber-
nardus de Wikkain, Diemo et frater eius Henricus Albus
de Stilters; hi nobiles: Dominus Ruperthus et frater eius
Emilricus de Seissenstain, Ruperthus et frater eius Hees-
prant de Milten; hi Brixinenses Ministeriales, Dominus
Lazarus, Gottfridus, Henricus, Snekke, Vlalricus de Si-
delsdorf, Conradus Brixinensis, Rudolphus et frater eius
Eberhardus de Hochenrain, Fridericus de Schonbenk, et
Vlalricus de Freuntsperg, et fratres eius Gebhardus, Conradus
et Henricus, Sigebotto de Ambras, et frater eius Conradus, Con-
radus de Bradell. hi Ministeriales domini Marchionis,
Bernardus Pfenninger Judex, Hainricus Stoerer, Wernhe-
rus Sutor, Eberhardus Albertus Cidelar, Meinhalm, Fri-
dericus, Conrad Schoenna, hi forenses. Acta sunt hoc An-
no ab Incarnatione Domini 1180, Indictione 13. sub Impe-
ratore Friderico.